Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

ad mortem et qui ad gladium ad gla
dium et qui ad famem ad famem
et qui ad captiuitatem ad captiui
tatem et uisitabo super eos quatuor
genera dicit dominus Gladium
ad occidendum et canes ad laniandum
et uolatilia celi et bestias terre ad de
uorandum et dissipandum et dabo eos
in fremorem omnibus regnis ter
re propter manasse filium ezechie
regis iuda super omnibus que fecit
in hierusalem Quis enim miserebitur
tui hierusalem aut quis contrista
bitur pro te aut quis ibit ad rogan
dum pro pace tua Tu reliquisti me
dicit dominus retrorsum abisti Et
extendam manum meam super te
et conteram te laborauit rogando et dis
pergam eos ventilabro in portis terre
interfeci et disperdidi populum meum
et tamen a uiis suis non sunt conuersi
Multiplicate sunt mihi uiduae eius
super arenam maris induxi eis
super matrem adolescentis uastatore
meridie misi super eam subito terrorem
et infirmata est quae peperit sep
tem defecit anima eius Occidit
ei sol adhuc esset dies confu
sa est et erubuit et residuos eius
in gladium dabo in conspectu inimicorum
eorum ait dominus deus Ve mihi
mater mea quare genuisti me vi
rum iurgii et discordie in omni
terra Non feneraui nec fene
rauit mihi quisquam Omnes ma
ledicunt mihi dicit dominus Si
non reliquie tue in bonum Si non
orauerit tibi in tempore afflictio
nis et in tempore tribulationis ad
usque inimicum Numquid feneratur
ferrum ferro ab aquilone et es
Diuitias tuas et thesauros tuos
in direptionem dabo gratis mon
tibus peccatis tuis et in omnibus
terminis tuis Et adducam inimicos
tuos de terra quam nescis quia ig
nis succensus est in furore meo
et super uos ardebit Tu scis domine
recordare mei et uisita me et tuere
me ab his qui persequuntur me Nol
in patientia tua suscipere me Scito
quoniam sustinui pro te obprobrium
inuenti sunt sermones tui et comedi
eos et factus est mihi verbum tuum
in gaudium et letitiam cordis mei
quoniam inuocatum est nomen tuum super
me domine deus exercituum Non
sedi in consilio ludentium et gloriatus
sum a facie manus tue solus sedebam
quoniam comminatione repleuisti me Quare
factus est dolor meus perpetuus et
plaga mea desperabilis Renuit cu
rari effecta est mihi quasi mendacium
aquarum infidelium Propter hoc hec
dicit dominus Si conuersus fueris ad
te et ante faciem meam stabis et si
separauerit pretiosum a uili quasi os
meum erit Conuertentur ipsi ad te et
tu non conuertaris ad eos et dabo te
populo huic in murum eneum forte
et bellabunt aduersum te et non pua
lebunt quia ego tecum sum ut saluem
te et eruam te dicit dominus et libera
bo te de manu pessimorum et redimam
te de manu fortium

VVI

Et factum est verbum domini ad
me dicens Non accipies
vxorem et non erit tibi fi
lius et filia in loco isto Quia hec di
cit dominus super filios et filias qui
generantur in loco isto super matres
eorum que genuerunt eos et super
patres eorum de quorum stirpe sunt
nati in terra hac Mortibus egrotorum